



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Laurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

371. An in impetratione Coadjutoriæ debeat fieri mentio beneficiorum
præhabitorum à Coadjutore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

ta. adeoque vacet ejus beneficium, quo modo dabitur jus ad vacaturum. Neque ob stare dicunt hi AA. clausulam, quã Papa dicit se concedere Coadjutori successione, etiam si beneficium actualiter vacet de tempore data; eod quod per hoc intelligatur: etiam si vacet de jure & de facto. *Garc. loc. cit. n. 132. Castropal. loc. cit. vel etiam, quod id vacet referatur ad omnes alios modos vacandi, quã ad hunc modum vacandi per obitum, ne videatur Papa contradicere expressioni sive illi, quod exprimit in literis, nimirum quod Coadjutus vivat, & supplicet, Lotter. loc. cit. n. 48. qui etiam n. 49. addit, non debet attendi, sive non facere contra hanc sententiam, quod contentus Procuratoris Coadjuti praxari possit post mortem Coadjuti; eod quod hoc procedat ex termino habili retrotractionis ad diem data, quo tempore adhuc vivebat supplicans. Illud tamen etiam secundum hos AA. certum est, quod si tempore data adhuc vivebat Coadjutus, licet decederet, antequam prima illa gratia Coadjutoria fortiretur effectum, & antequam Coadjutus vel etiam Coadjutor de ea notitiam haberet, adeoque nec cepisset exercere Coadjutoriam, adhuc esset locus successioni; licet enim tunc Coadjutoria expiraret per obitum Coadjuti, tamen ab initio renuit gratia Coadjutoria, & consequenter valet successio, & ex hoc jam dicitur gratia successione fortire effectum. *Castrop. loc. cit. Sars. loc. cit. n. 131.**

Quaest. 371. Num in impetratione Coadjutoria debeat fieri mentio beneficiorum prahabitorum à Coadjutore.

Respond. affirmativè. *Remouch. c. 12. n. 36. Ventrigl. tom. 2. annot. 13. n. 59. ubi: Coadjutor tenetur facere mentionem de beneficiis, quã habet, saltem ratione futura successione, aliã gratia in totum vitatur. citat pro hoc præter alios Garciam p. 4. c. 4. in addit. dub. 38. eadem habet Barbofi de jur. eccles. l. 3. c. 10. n. 92. & eadem repetit de can. & dignitat. c. 29. n. 21. Idque verum non tantum de beneficiis, quã residentiam expostulant cum servitio Coadjutoria incompatibilem, utpote quã simul cum ea retineri nequeunt; sed etiam de beneficio simplici non habente residentiam incompatibilem cum Coadjutoria, argumento c. si motu proprio. de prab. in 6. & clem. 2. de off. ordinar. qui textus et si loquantur de collatione beneficii, & non de jure ad ipsum; quãque collationem Papa irritat, si facta fuerit habenti beneficium, in cujus impetratione non fecerit mentionem prahabiti. Attamen, cum ex jure ad beneficium collatio beneficii inferatur, & sit quasi quãdam inchoata collatio exequenda tempore vacationis, etiam in istius juris ad beneficium, qualis est Coadjutoria, collatione faciendã mentio cujuslibet beneficii, ac si de facto non jus ad beneficium, sed ipsum beneficium collatum esset. *Castrop. tract. 13. d. 1. p. 10. n. 48. ci-**

tans *Garc. qui etiam num. seq. ait ob omissionem talis beneficii etiam simplicis mentionem gratiam Coadjutoria nullam esse, non solum quod ad futuram successione, sed etiam quod ad ipsam gratiam Coadjutoria, seu quod ad servitium, eod quod Coadjutor non intendat se obligare ad servitium illud, nisi successio illi concedatur; neque etiam Papa alio modo obliget, quã concedendo Coadjutoriam; adeoque cum tacens prahabitorum non obtineat jus succedendi, non videatur etiam obligatus ad illud servitium. Porro quemadmodum in concessione Coadjutoria faciendã mentio prahabitorum beneficiorum, sic etiam vicissim in provisionibus aliorum beneficiorum exprimenda est Coadjutoria. *Remouch. loc. cit. citans Garc.**

Quaestio 372. Quae verificanda sint in concessione Coadjutoria?

Respond. in genere. Verificanda est narrativa sicut in quolibet beneficio, aliã censetur subreptitia. *Gonz. ad regul. 8. gl. 5. n. 7. citans Putteum decis. 82. l. 2. per totam Capuraq. decis. 128. 129. 130. & seq. p. 1. Rotam. decis. 652. p. 1. divers.*

Quaestio 373. In qua forma expediri debeat Coadjutoria, an in forma dignum, an in forma gratiosa.

Respond. in forma gratiosa. *Remouch. c. 11. n. 1. ubi se non videre quomodo possit aliter expediri; cum causã necessitatis & utilitatis, uti & qualitates Coadjutoris juxta formam traditam à Trident. debeant justificari coram Papa; nisi forte aliquid esset super accidentibus, seu non ita substantialibus, & quibus cessantibus non eo minus fuisset concessa gratia, quod placuisset coram Ordinario justificandum committere, quidquid, ut ait idem n. 7. contractum per contrupelam practitari videmus respectu canonicatum &c. Porro formulam concessione coadjutoria respectu canonicatum vide apud eundem *Remouch. c. 8. in fine.**

Quaestio 374. An necesse sit facere publicationem concessione Coadjutoria?

Respondeo Coadjutorem cum futura successione non teneri publicationem facere juxta formam constitutionis Gregorianã de publicandis resignationibus & jurium cessionibus. *Gonz. ad regul. 8. gl. 5. §. 9. n. 72. & ex eo Ventrigl. tom. 2. annot. 13. n. 57. Remouch. c. 8. n. 26. Idque quia Coadjutoria tales non sunt resignationes, nec jurium cessiones, in quibus prahetur consensus, ut alteri provideatur de suo beneficio statim simpliciter, perfecte & irrevocabiliter; in tali autem Coadjutoria, qui consentit futura successione, consentit, ut beneficium suum provideatur alteri post mortem suam, & non se vivente. *Gonz. loc. cit. juncto n. 71.**